

Rome 1600.

*totum opusculum
videtur in collect. de Bachelat.
sub anno 1600*

1 Illustrissimo ac Reverendissimo Dom. Domn. Roberto Bellarmino S.
R. E. Cardinali Domn. Constantinus Caëtanus Monachus Casinas Sum-
mam felicitatem.

5 Tanta est, Cardinalis amplissime, de sancti P. N. Benedicti obi-
tus tempore, inter bonos scriptores controversia, ut vel certi ni-
hil, vel si quid nostro studio, ac labore probabilius inventum addu-
catur, non in eorum ora, atque invidiam, quos refellimus, timeo in-
curramus; cum usu semper compertum sit non sine alterius offensio-
ne partis, in dubium versam explicari, ac statui veritatem. Itaque
10 iudicandi munus, ut odii et dissensionis causa, omnibus exosum
est. Verum, ut aliorum lites dissolvere non rogatum, temerarium
esset; ita res suas, vel adversariorum timore, vel doctrinae, atque
ingenii paupertate non tueri, peccatum esset, ac turpe. In hac vero
caussa quem Patronum adhibebo, nisi te, qui in Religionis christia-
nae studio, virtutum probitate in expugnandis nostrae fidei adver-
sariis industria ac invicta ~~re~~ fortitudine Princeps nullo dissen-
tiente, existimaris? Neque in hac re aliorum testimonia requiro,
cuius ego Romae benevolentiam, et humanitatem ita expertus sum, ut
15 mutuo quoad possim respondere coactus sim. Quoniam vero dignum ali-
quid tuis meritis, nec meae vires, nec religiosa patitur paupertas
20, parvum hoc, summo tamen studio et amore munusculum offero de Be-
nedictinae familiae summi Parentis obitu. Ita ~~enim~~ tibi maiora
dedicandi desiderium meum, tuaque in parvis accipiendis, ac beneme-
rendis benevolentia cognoscetur. Vale Cardinalis amplissime.

25 Domini Constantini Caëtani Sy/racusani sancti Nicolai ex Arena
/ Casinensis monachi/ De vero S. P. Benedicti obitus/ anno et die/
controversia./ Ad Ill^{um} et Ampliss^{um} DD. Robertum/ Bellarminum S.
R. E. Presbyterum/ Card. S. Mariae in Via. - D'après un exemplaire
ms., provenant de la bibliothèque du card. Bellarmin. In 16° de 76
30 pages. A la fin: Anno Iubil. I. C. MDC. Aet. XXXIII. Relig. XVI.

A la page 2 de l'écrit une main est représentée tenant une pom-
me de pin, en face d'un dragon et avec cette inscription: et con-
teret. Emblème expliqué au verso de la page d'avant, par ces vers:

35 Pineae nux pugno hoc concluditur: At mox (ni coeli nos vera
Ista renascens oracula fallunt)
Fregerat ante caput saepius Ipsamet haereseos conteret
Hydra tuum. omne caput.